



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Judaei, Seu Infideles.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

ne delictorum cognitio, vel vindicta à successore pñnam quis consequatur, an Episcopus teneatur facere inventarium rerum omnium Ecclesiæ suæ, disputat Covar. in c. I: num. 9: de testam. & tandem concludit, quod non, tamen hoc fallit in visitatione, prout dictum est in ver. visitatio, ubi sit inventarium omnium beneficiorum, reddituum, & mensæ Episcopalis, & jurisdictionis.

### JUDÆI, SEU INFIDELES.

**P**rimò Judæi, seu infideles, se converentes ad fidem, non amittunt eorum bona, Paul. III. Bul. 29. similiter Judæi immobilia Christianis vendere debent, Pius IV. Bul. 5.

Secundò, Judæi non possunt habere nutrices, neque servientes Christianos, Innoc. IV. Bul. 1.

Tertiò, Judæis est prædicanda fides, & conversi benignè suscipiendi, Nicen. III. Bul. 1.

Quartò, Judæorum privilegia, & indulgta, vide Jul. III. Bul. 15: quæ incipit: Universis, & Paul. III. Bul. 29. quæ incipit, Cupientes.

Quintò, Judæi Medicī vel infideles ad Christianorum curam non admittantur, Gregor. XIII. Bul. 71: quæ incipit: Alias pie.

Sextò, de blasphemia, & flagitiis Judæorum, pro quibus inquisitores omnes hæreticæ pravitatis contra eos procedere possint, vide Greg. XIII. Bul. 73: quæ incipit, Antiqua.

Septimò, Judæorum, neophytorum, & infidelium, ad Catholicam fidem

conversorum indulta, ac privilegia, & ordinationes circa eorum vivendi modum, vide Bull. Paul. III. 29: & 34: Jul. III. Bul. 18: Paul. IV. Bul. 18: & 24: Pii IV. Bul. 2: & 6: Pii V. Bul. 25.

Ostavò, Judæi prohibentur tenere libros Thalmuti, & alios, in quibus nomen JESU Salvatoris nostri, cum blasphemias, aut alias ignominiosè nominatur. Jul. III. Bul. 46: quæ incipit, Vniuersis.

Nonò, Judæorum causæ ad Vicarium Papæ pertinent in Urbe, idem Bul. 59: quæ incipit: Cùm sicut, fallit quo ad Judæos bancharios, quorum causæ, circa capitula banchariorum, spestant ad Camerarium Urbis. Greg. XIII. Bul. 43: quæ incipit, Cùm sicut accepimus.

### IN DULGENTIA.

**M**ulta in prima parte, & superius, in ver. Annus Sanctus, hic pauca pro quotidiana praxi breviter, cætera habebis in tractatu peculiari edendo (adjuvante illa divina clementia, cui est sempiterna laus) eo tempore, quo in alma Urbe inchoabitur celebrari Annus sanctus, Annus Jubilæus, in quo aperietur porta Ecclesiæ thesauri Christi fidelibus, verè pœnitentibus, à S. Domino nostro Clemente VIII. sicuti post osculum sacrorum pedum, licetiam petens à Sanctitate sua eundi gratia ad residentiam mei Episcopatus Minorensis, vesperi die Mercurii, quæ fuit decimaquinta Januarii 1597. hariolatus sum, dicens: Pater Sancte, redibo ad hos sanctos pedes, divina gratia,

L. 3